



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

LVI. Ecquæ debita sit Eucharistia Materia?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

Actionem Coenæ debere? Nos duas esse docemus, Benedictionem, Sacrificii, Manduationem, Sacramenti.

V. Accipi, Benedici, Frangi, sunt Sacrificii, seu, ad Esse Sacramenti faciunt. Distribui, & Manducari, ad Vtum Sacramenti spectant: Atque Essentia rei, & Vtus eiusdem nullam habent necessariam connexionem: ergo neque in hoc Sacramento. Proinde diuerx sunt actiones Rei permanentis tam extra Vtum, quam in Vtu præsentis. Iam ut essentiae illius est accidentarius; Vtus manduationis ita & Reseruationis, Supplicationis. &c. est; ut sine quo sit Res nihilominus permanens ac per se subsistens. Hactenus ex Institutione probatio ducta est.

VI. Iam Baptismi & Eucharistiæ disparitas docet eandem Permanentiam. Quia in Baptismo non est Res permanens; sed Actio, quæ sit & dicatur Sacramentum: at in Eucharist. non est Actio, sed Res permanens, quæ sit Sacramentum. De Baptismo: quia non Aqua est Sacramentum sola; Non Forma super Aquam dicta; sed Actio per hæc circa baptizandum. Liquet. De Eucharistiæ vero: 1. Quia, Modus loquendi omnium is fuit, ut nemo Fractionem, aut Benedictiōnē, aut Distributionem, aut Manducationem, vocavit Eucharistiam; sed rem permanentem; Ut Iustinus, Panem sanctificatum, Cibum. &c. Quem dicunt Patres offerri, Confici, Portari. &c. quæ conueniunt Rei permanenti, non Actioni: Quem conferunt etiam cum Verbo Incarnato. &c. 2. Actio nulla est, cui tota ratio Sacramenti conueniat: Nam Manducatio est fulcipientium; at horum actio non constituit Sacramen-

tum. Benedictio seu Consecratio est Ministeri, qui facit esse Sacramentum; sed non est ipsa illud. Fractio & Distributio non sunt signa gratiæ inuisibilis; ergo nec sacramenta. At Pani Consecratio, utrei permanenti, patet conuenire definitionem sacramenti: ergo & est Sacramentū VII. Docent idem S. Patres apud Bell. l. 4. c. 4.

Dico AD I. iam liquet ex dictis.

AD II. Id agat ipse, quod recte uidet agendum: at contra it.

AD III. At istud solus dicit S. Iustinus: reliqui Afferuationem quoq. iubet, aut docent. 2. Christus nec detulit ad absentes Eucharistiam, nec iussit vnde iuber Kemnitius? &c.

AD IV. 1. S. Cyprianus corripuit rudes Sacerdotes, ex simplicitate errantes contra Vtum communem. 2. Mentitur alios Communi Consuetudini non consensisse. 3. Abrogatam fuisse ementitur: Itemque & 4. Afferuum Eucharistiam ad mandationem solam Bell. c. 15.

#### QVÆSTIO LVII.

Ecque debita sit Eucharistie Materia Panis?

**L**UTHERANVS Illyricus Cent. II cap. 8. Schismati Grecorum in hoc & Latinorum tradidit utrum etiam de Grecis. Hinc Lutheranus & Zwinglius fermentatum putant aptorem azymo.

**CALVINVS** Inst. l. 4 c. 17. § 47. tia 1. Sunque esse utro utraris. 2. Fermentatum durasse à Christo ad annum 115. 3. Alexander Papam instituisse azymum. Sic & Kemnitius par. 2. ad Seß 22 c. 7. Calvini hinc fermentato utuntur omnes: Vt & Greci Schismatici.

**SVA DENT** istis. 1. Matth. 26. Non in die festo. &c. sc. Paschæ. Marc. 15. Joseph lydonem

beni mercatus est; Mulieres, *Luc. 23.* pararunt aromata. Iudei criminalem causam egerunt: que in festo verita: *Ioann. 13.*. *Ante diem Pascha.* *Ioann. 18.* Non introierunt praeorium, ut manducarent Pascha. *Ioann. 19.* Erat autem parasceue Pascha. Ergo die profano Cœna peracta est in fermentato.

2. Patres ita docent ex *Deut. 16.* Agnum immolandum ad Vesperam luna XV. ergo Dominus XIV. cœnauit in fermento.

3. CALVINUS. Primitiva Ecclesia usque ad Alexandriū usq[ue] est fermentato in Cœna.

4. Greci. Dominus accepit Panem: at azymus non est panis: Et azyma, Iudeorum et proinde in hac Cœnare est Iudaizare.

5. Pentecoste celebratur die quinquagesimo ab secunda azymorum: at eo anno venit Pentecoste in Dominicā; ergo & secunda azymorum: ergo prima fuit feria VI. proinde Dominus cœnauit in fermento feria V.

AUTOR. Panis Azymus est Eucharisticus; ut in quo Dominus cœnauit Luna XIV. ad vesp[er]am, feria V. cum qua incipit Luna XV. feria sc. VI. solennis Pascha. 1. Sic testis S. Scriptura in meo *Antichristop. 3. q. 23.* 2. Omnes ferè S. Patres dicunt Christum celebrasse Pascha die XIV. vesp[er]i, captumque noctu: testibus Euangelistis. *Ioann. 13.* *Ante diem festum*, sc. Luna XIV. *sciens Iesus.* &c. pridie Passionis. *Ioann. 18.* *Nobis non licet interficere,* sc. ob festum dīci XV. feria VI. Ita Patres Chrysostomus, Cyrillus, Augustinus, &c. 3. S. Patres dicunt occidit Christum ipso die solenni Pascha Luna XIV: at hæc coepit pridie vesp[er]i, sicutque *Gen. 1.* *Factum est vespere & manes dies primus.* 4. Asiatici egerunt Pascha cum Iudeis (teste *Cōcilium Nicano.*) Luna XIV. ad vesp[er]am: vt & iudaizantes Quartodecimani. 5. Orthodoxi ideo, si Luna XIV. veniebat in Dominicā, differebant Pascha in se-

quentem Dominicam; vt & hodie; ne iudaizemus.

DICO AD I. Fuit ea quorundam sententia: at altera vicit, vt in festo crucifigeretur. Opera autem pietatis non prohibita erant in festo; sed seruilia, & in Sabbato maior quies erat præcepta, quam in festo. Luna XIV. autem erat *Ante diem festum artificiale*, sc. feria VI. Et hac XV. immolatos boues & oves manducabant Sacerdotes; qui Paschalunt, *Deut. 6.* Agebantque eadem paralceuen in paschâ, sed non ante pascham: nam ad Sabbathum ea agebatur: *Ioann. 19.* *Propter paralceuen, ne remanerent in cruce Sabbatho.*

AD II. Quidam Patres, *ad vesp[er]ā*, sc. mundi, intelligunt. Quidam Luna XV. vesp[er]am; quâ & agnus typicus, & Christus est immolatus; qui pridie, initio Luna XV. finitâ XIV. cœnarat.

AD III. Dicit: at nullo decebit auctore; nam fingit. Leo IX. acerrimus Luna XV. defensor usum Ecclesiae inde à S. Petro repetit; non ab Alexandro. I. coepit, qui seddit anno 121.

AD IV. Rebus iisdem vni cum Iudeis, non est iudaizare; sed eodem vti ritu & fine.

AD V. Pentecostes dies numerandi sunt à primo die profano azymorum: proin, si secundus azymorum incideret in Sabbathum, tunc à tertio numerabatur: Et sic accidit anno Christi passi.

#### Q V A E S T I O L V I I I .

An Materia Vini sit miscenda Aquare ad S. Synaxis agendam?

LUTHERANI & Calvinistæ, ceu Armeni, mero meracissimo vtuntur in Cœna,

Qq abs-

